9

ipsis immolare uolunt quam uobis. Sed uos confirmatis eorum quos persequimini sententiam quam de uobis habent animam ponere pro deo suo: et mortem libenter amplecti: quam uobis talibus acquiescere: et in uestre religionis iura concedere. De motibus autem terre qui olim facti sunt: uel etiam nunc fiunt absurdum non erit memorem uestrum iusta commonitione solari. quoniam quidem comperi quod in huiusmodi rebus ad illorum inuidiam communes casus transfertis: in quo illi maiorem fiduciam accipiunt apud deum et cetera huiusmodi. Iurisconsulti quodam digestorum suorum loco terremotus inter casus fortuitos reponere et connumerare uidentur: quod et imperator iustinianus in auctenticorum et codicis libris paulo latius et euidentius explanasse creditur. Ubi ita ferme inquit. Cum uir nubit in feminam hinc pestilentie. fames. terremotusque oriuntur propter huiusmodi

Iurisconsulti

Iustinianus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1076/0023

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG